

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXLII.


[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

aliquantulum sublevetur. in cujus facti evidentiam ac robur perpetuum hanc paginam exinde conscriptam Venerabilis Domini E. Dei gratia Constantiensis Episcopi & nostri procuravimus munimine roborari.

Actum in Castro Brnowe VIJ. Kalend. Martij Anno Domini MCCLX secundo, Indictione iij.

(L. S.)

(L. S.)



## CXLII.

VIRI NOBILES DE ROTTENLAIN FRATRES JUS  
ADVOCATIÆ IN RIED ABBATIÆ S. BLASIJ  
VENDUNT.

A N N O M C C L X I I.

*Ex autographo tabularij Abbatie S. Blasij.*

**O**mnibus presentium Inspectoribus. Viri Nobiles Waltherus, Otto & Lutoldus fratres de Rottenlain notitiam rei geste. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore scripturarum solent indiciis perhennari. Noverint igitur omnes & singuli, quos nosse fuerit opportunum quod dum Reverendi in Christo A. Abbas & conventus monasterii Sancti Blasij, nigre silve, lesi per nos & C. quondam Patrem nostrum in possessionibus ejusdem monasterij apud *Ried* in quibus nobis Advocatie

*Cod. Dipl.*

H h

---

---

jus pertinebat non modicum viderentur. Nos receptis ab eisdem Abbate & Conventu quindecim Marcis argenti dictarum possessionum Advocatiam, & totum jus quod nobis competebat ibidem damus tradimus immo transferimus in monasterium ante dictum, ita quod iidem Abbas & Conventus Advocatiam ipsam cum proprietate libere debeant perpetuo possidere. Renunciantes publice tam pro nobis quam pro omnibus heredibus nostris omnibus juribus sive consuetudinibus tam Advocatie quam aliis que nobis in eisdem possessionibus competunt l. competere videbuntur casu aliquo contingente. Promittimus etiam Abbati & Conventui qui pro tempore fuerint in dicto monasterio de prefata Advocatia sive translatione predicta nos quotiescunque requisiti fuerimus Warandiam presturos. In hujus autem facti evidentiam & robur perpetuum hanc paginam exinde conscriptam sigillorum venerabilis Domini E. Dei gratia Constantiensis Episcopi & nostris procuravimus munimine roborari. Actum in Castro Rottenlain XV. Kalend. Martij Anno Domini MCCLX secundo. Indictione quarta. Presentibus nobili Domina dilecta matre nostra, magistris C. de Rotwil & Al. de Ruth Plebanis, Gottfrido de Baden et Gottfrido de Lene militibus. Alberto Advocato Henrico Tufant. W. Wurmilini de Rottenlam Henrici de Horne & Johanne Ministro de Schonow laicis & aliis quam pluribus fide dignis. In Domino feliciter Amen.

(L. S.)

(L. S.)

---

---